



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando cum æqualibus sumus. Exercit. 22

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

perfectam illam obedientiam quam
Christus sa'uator noster. Patri suo
præstitit obtemperando ei vsque ad
mortem omnium contumeliosissi-
mam mortem videlicet Crucis.

Quando cum equalibus sumus.

Exercitium 22.

*Psal. 132. Quam bonum & quæ am iocundum,
habitare fratres in vnum.*

*Rom 12. Charitatem fraternitatis inuicem
diligentes, honore inuicem præuenien-
tes.*

*2. Pet 2. Omnes honorate, fraternitatem
diligite.*

*Rom. 12. Multi vnum corpus sumus in Chri-
sto: singuli autem alter alterius membra.*

*Ioan 12. In hoc cognoscent omnes quia di-
scipuli mei estis, si dilectionem habueritis
ad inuicem.*

Consideratio.

Considerabimus, nos omnes esse
vnius corporis membra & perpe-
tua mutuò nos diligere & adiuuare
debere: quia maxmam inter vnius
corpus membra concordiam cerni-
mus.

Gratia.

Gratiarum actio.

GRatias referemus Deo, quod gratias & dona sua diuersimodè inter huius corporis mystici membra distribuit, vt mutuum nobis auxilium impenderemus. Vnus docendo ignorantes: alius corrigendo errantes: alius consolando afflictos, alius aliud misericordiæ opus proximis imponendo.

Confusio.

Pudore suffundemur, considerantes nos esse inutilis & nullius frugis homines inter fratres nostros, & tanquam arida & putrida membra, quæ à corpore separari ac diuidi poterint.

Petitio.

Rogabimus Deum, vt veram nobis charitatem largiatur, qua inter nos, & cum capite nostro IESU CHRISTO, semper coniuncti & per verum amorem semper vniti maneamus.

Oblatio.

Offeremus nos ad facienda pro fratribus omnia quæ possumus, succur-

currendo illis in necessitatibus tum anime, tum corporis.

Quando sumus cum subditis.

Exercitium. 23.

Luc. 22 Qui maior est in vobis fiat sicut minor & qui precessor est sicut ministrator.

Ibid. Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.

Ecles. 3. Quanto maior es, humiliare in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.

Sap. 6 Iudicium durissimum in his, qui presunt, fiet.

Consideratio.

Considerabimus, nos etiam, quamuis alijs superiores simus, superiorem tamen habere Deum, qui à nobis aliquando seueram rationem repetiturus est, quomodo subditos vexerimus, & qualem eis curam impenderitimus: quicquid enim illis per nostram negligentiam defuerit, hoc à nobis exiget.

Gratiarum actio.

Grat